HIERONYMUS
um 836/859 Seite 43r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



scuariũ meũ. ut incendatur templũ meũ
& cunctis alienigenis pateat ac profanis. &
in quo habebatis supbiam. hoc est confiden
tiam & spem. ac desideriũ salutis urãe. & ad
cuius obsidionem urãe animae formida
bant; filios quoq; & filias quos uob fames
ac pestilentia reliquos fecerant consumã
gladio. ut quid quid ego feci & uos faciatis;
quando consuetudo seruatur in luctu. me
dius dolor est. quando aũt tanta malorũ
incumbit necessitas. ut omni ploratu ma
ior sit unusquisq; de sua nece sollicitus.
ad aliorũ quamuis sint proximi miserias
non ingemescit; nihil inquit facietis. qd
solet in luctu fieri. sed urbe temploque
succensis. stupebitis ad malorũ magnitu
dinẽ. non attondebitis. nec nudis incedi
tis pedib; ñ plangetis. nec amictu ora ue
labitis. nec cibos accipietis a consolantib;
sed tabescetis & consumemini in iniquita
tib; urĩs. & uix liberũ habebitis gemitũ.
ne offendatis uictorũ supbiam si publice
flere uideamini. ita ut hie ꝫechihel pro